



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Xenodochium, seu Hospitale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

si alij nequeant: at *Io. Med. l. c. Sot. l. c. art. 4. ad 3. Bannes l. 2. sentiunt idem. vide Caiet. opusc. de vsur. q. 5.*

15 De vsura inter sæculares, potest cognoscere etiam Iudex sæcularis, siue de Iure, siue de facto quærat.

\* Vide *Mol. dist. 333. Couar. 3. var. resol. c. 3. nu.*

1. *Syl. Vsur. 9.*

16 Qui iurauit non repetere vsuras, poterit Ecclesiæ denunciare, & ipsa cogere restitui: quod si iurauit non denunciare, nõ tenet iuramentũ, secundũ quosdam, quia illicitum.

## VVLNERARE.

1 **V**ulnerare non licet parentibus, nec dominis.

\* Vide citatos supra. V. Verbera.

## XENODOCHIVM,

*seu hospitale.*

1 **H**ospitale sine Episcopi auctoritate cõstructum, est locus prophanus, nec gaudet immunitate, nisi superueniat Episcopi auctoritas.

\* Vide *Syl. Hospitale. q. 3. & Immunitas.*

2 Hospitali cum instituitur, debet dos assignari, vt Ecclesiæ; & cum læditur, restituitur in integrum, sicut Ecclesia.

3 Potest in eo poni Rector sine Episcopi auctoritate. nisi habeat curam animarum, seruanda tamen consuetudo.

4 Ho-



4 Hospitalis etiã sine auctoritate Episcopi facti, cura ad Episcopum pertinet : est enim pater pauperum : non tamen tenetur ad procuracionem Episcopi visitantis. \* *Vide Trid. sess. 7. c. vlt.*

5 Hospitalis Administrator, non tenetur rationem reddere Ordinario, si id expressè est cautum in eius institutione. *Ex Congr. Concil.*

6 Hospitali, seu alij loco pio relicta, postquam sunt incorporata, non possunt alienari sine iuris solemnitate. *Summist. & verb. alienatio, Panorm. & alij Doct. in c. nulli de reb. eccl. non alien. Concil. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform. Extravag. c. Ambitiose de rebus eccl. non alien.*

7 Hospitali habenti curam, vel annexo Ecclesiæ curatæ, potest præfigi Religiosus.

F I N I S.

SCRI-